Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36543
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

dormire. Contigit autem laicos quosdam re
ligiosos scientes multam abstinenciam senis
uenire ad eum. & cum consolatos eos fuisset di
scesserunt. Post quos discessum sedit iterum
senex uespere post missas secdm consuetudi
nem admonens illum fratrem & instruens. & cum
loqueretur grauatus e somno. Frater autem susti
nebat donec excitaret. & faceret iuxta
consuetudinem orationem. Cum g n uigilante
sene diu sederet discipulus sepulsus e cogi
tationum suarum molestia ut recederet &
dormiret. Qui extorquens sibi resedit.
cogitationi suae resistens. Iterum autem compel
lebatur somno. & n abiit. Similiter factum
est usq; septies. & restitit animo suo. Post
hec iam media nocte transacta uigilauit
senex & inuenit discipulum assidentem
sibi. & dixit ei. Usq; modo n discessisti. Et re
spondit; Non. quia me n dimiserat pater.
Et senex dixit. Quare n me excitasti. Et
respondit. Non presumpsi pulsare te. ne
contribularer te. Surgentes autem fecerunt
matutinos. & p matutinos fine dimisit
senex discipulum suum. & cum sederet solus